

perstitum Schabbelianorum omnium haud dubie, aequae ac totius celeberrimae Academiae Iuliae, Senior, cum paucis hodie

E 3

*tam acutissimum, D. SANDHAGIVM, gratiose iussisti. Iussa sum ex tempore executus, relictis rebus omnibus, submissa erga Vestram Excellentiam reverentia ductus. Et confido equidem, amoenissimos Viri summi complexus, quibus me adventantem mollissime, excepit, perennantis Tui in me amoris certissima esse argumenta. Quo vero gaudio, quave animi cum delectatione, Tuos nutus, arcani consilii divini indices, SANDHAGII vero Exegetin delicatissimam atque solidissimam, secuturae in Academiis & Ecclesia Christiana lucis dulce exordium, iam tum observare coeperim, dicere satis non sustineo. Siquidem vel ex Theologi accuratissimi colloquiis, intra paucos hosce dies habitis, & primis nobilissimae, qua excellit, Exegeteos lineis, aliam tandem, elegantiore atque illustriore antiqua, praevideo Scripturae faciem, quam defixis oculis intueor, aliam, concinniore ac solidiore pristina, docendi praesentio methodum, quam omni animi intentione meditor. Luneburgi. 1688. Calend. Januar: Singula temporis momenta metiri atque ponderare didici, ut nunquam non patulas SANDHAGIO Nostro praebeam aures, avidè arripiens Exegetae enarrationes, sparsim interea institutas, & ex singulis libris sacris veluti delibatas. Ex quo gustu de apponendis dapibus iudicium non omnino nullum interea ferre licebit, dum integros libros Propheticos ad regulas & hypotheses Doctoris nostri explicari audiamus. Quam igitur Tibi a nobis polliceberis attentionem, meditationem, & iudicii rectioris amussim, utrique, quos unum haecenus habuit museum, una mens, M. FRANCKIVS, & ego, ingenue spondebimus, neque studii huius & Exegeteos dux & autor, quo utimur, sequiorem feret de praestita haecenus nostra opera sententiam. Luneburgi. 1688. d. 25 Januar: Quicquid Exegeta praescripserit, haud segnes efficiemus. SCHMIDII officinas Exegeticas & Commentarios Biblicos attenti lustramus, laborem & acumen Theologi ad animum revocantes. Cum praeterea ipse SANDHAGIVS in Exegeti Schmidiana, quam alias in coelum effert, nonnunquam, modeste tamen, aliquid desideret, & auctoritate seposita, aliam ineat viam, merito & hoc suo nos docet exemplo, aciem SCHMIDII ad veritatis limam sobrie & prudenter interdum esse revocandam, ne plus secare, quam solvere videatur nodos. Sic nullum erit momentum, quod ad intimam Exegeteos sacrae notitiam pertineat, quod nobis non sit futurum commendatissimum. In Epistola quadam Germanica, quae est sine die & Consule, ita se obstrinxit: „Ich werde Lebenslang nicht allein“ der götlichen Obhut, und der HochEdlen Herrn hoher Gunst, in mil-“ der Darreichung des herrlichen Stipendii, in demüthigster Dancksagung“ ein-“*